

2741 C. Nasennio C. f. Marcello seniori, | praef. coh. I Apamenaе, trib. coh. I Italicae civium Romanorum volun|tariorum, praef. alae Phrygum, praef. fabrum, aedili¹, quaestori, duumvi|ro quinquennali III², curator operum publicorum et aquarum | perpetuo³, praetori et pontifici Laurentium Lavinatium, p. c.⁴ Ostensium, | Nasennia Helpis fecit patrono indulgentissimo et C. Nasennio Sa|turnino coniugi carissimo, sibi liberis libertis libertabus posteris|que eorum.

Romae, videtur pertinere ad Ostiam (XIV 474 vidit Henzen). — 1) Hoc munere, et eis quae sequuntur, Nasennius Marcellus functus est Ostiae. — 2) Duumvir quinquennalis (fortasse primum) fuit a. 166 (C. XIV 4448). — 3) A. 184 (supra N. 1429). — 4) Patrono coloniae.

2742 d. m. | L. Comini L. f. Maximi domu Mantua | p. p. bis¹, procuratori M. Antonini Aug., pr|aef. leg. II Troianaе (sic) fortis² CC³, trib. chor. | VII praetoriae, XIII urbanae, III vigul., | centurio chortis I pr., X urbanae, V | vig., evocato Augustorum, beneficiar. | praef. praetori, vixit annis LXXXII | dieb. XVIII, Numitoria C. f. Moschis | coniux bene merenti, heres.

Tibure (XIV 3626 bis descripta). — 1) Cf. N. 2726 not. 5. — 2) Ut tres legiones Parthicae (cf. supra N. 1555 not. 2), ita secunda Traiana quoque a praefectis regebatur ex ordine equestri. — 3) Ducenari (ducenarii dicebantur, a stipendio sine dubio, praefecti legionum quae legato carebant, cf. Domaszewski Wiener Studien f. class. Philol. 1887 p. 298; infra N. 2771).

2743 L. Petronio L. f. Pup. Sabino Foro Br|eut.¹, corn. pr. pr., [γ]² leg. X Fret. et III Fl., | donis don. [α]b imp. Marco Antonino in | bello German. bis, hasta pura et co|ronis vallari et murali, p. p. legion. | III Cyreneicae, curator statorum³, tr|ibuno coh. . . ., [procuratori Augg. rationis hereditatium] et⁴ provinciae Narbo|nensis.

Urbini (Herzog Gall. Narb. p. 158 n. 676 ex schedis saeculo XVI ut puto confectis). — 1) Forobrentani memorantur inter civitates Umbriae a Plinio h. n. 5, 115. — 2) Centurionis notam, omissam in apographo, supplevi. De corniculariis praefectorum praetorio promotis ad centurionatus cf. supra N. 2666 not. 4. — 3) Munus praeterea ignotum; fortasse significantur statores praetoriani (supra N. 2455 seq.). — 4) Traditur coh. et sine lacunae nota; sed apparet complura ex-cidisse. Procuracionem hereditatium adsumpsi ex titulo supra N. 1586, eiusdem nisi fallor hominis.

2744 Q. Livio Q. f. [Pal.] | Velenio Pi[o] | Severo ducen[ario] | trib. sem.¹ leg. X[XII] | Primig., praef. sem.² coh. [I] classicae³, patrono A[equi]-culanorum, Caeni[nensi]⁴ . . .

2745 Q. Livio Q. f. Pala[t.] | Velenio [Pi]o Sever[o] | ducenar. | trib. sem.¹ | leg. XXII Primig., praef. | semens.² coh. I classic.³, | patrono Aequicula|nor., Caeninensi⁴, ma|gistr. iuvent. Trebul. | Mutuescae, qui obla|ta sibi statua ab | eis honore conten|tus impensam remisit. | L. d. d. d.

In oppido Monteleone, ubi fuit Trebula Mutuesca (IX 4886. 4885 vidit Stevenson praeter huius particulas supra expressas typis inclinatis; eae sumptae